Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

n. 4. Vers. & pro istorum. Vbi dicit non esse bonam consequentiam feudum dignitatis est indiuisibile. Ergo ad unum tantum potest pertinere, quia indiuisum possit ad duos simul deferri, ut ambo imperent atq; administrent. Cum. cons. 34. n. 19. lib. 1. qui respondit, etiamsi sit prohibita diuisio, non tamen prohibitam censeri quo minus feudum pertineat ad plures pro indiuiso. Tiraquel: de Jure Primog: qua. q. 4. n. 49. & seq. Sate Natta cons. 684. n. 7. lib. 4. eleganter Menoch. cons. 163. n. 20.

Prohibentur quidem Vasalli diuidere seruitium Domini & fidelitatis, ut si unus unum seruitij genus uellet praestare, & alter aliud genus: Caeterum ambo in solidum seruire omnino possunt. per tradita Molin. in d. Trac. consuetud. Paris. §. 35. n. 3. Sic enim Domini conditio fit melior, cum pro uno Vasallo duos consequatur, per not. Molin. d. §. 35. n. 3.

Licet etiam dignitatis diuisio fieri non possit, tamen bonorum & administrationis ipsius Jurisdictionis diuisio fieri potest,

ut